



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Colvmbanus Conf. 22. Novemb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

572 VITÆ S A N C T O R V M . 21 Nov.

monastico corrigatur , cucullo abscondatur , togâ involvatur. Deus sibi habeat , quod nemo hominum velit. Christus domum ducat , quas thalamo omnes terræ filij excludunt. Erubescite parentes , & ruborem vestrum in speculo , in vultu Ioachimi & Annæ , hodie corrigite.

MARIAM ô fidelis anima imitare. Castis Deo inhære amplexibus , devotionis gemitus emitte , amoris pro me carmina , & ignite laudis sacrificium exolve : eris proculdubio pudicissima turtur è speciosior , quod frequentius his amoris præludiis. inhærebit . B. Laur. Iustini in F. Pur. B. M. V.

S. COLVMBANVS CONF. 21. Novemb.

Ecce sub pedibus filii triumphatam matrem. Quid oculos avertitis filii molles , si Deus arridet? Nimirum sic pugnandum est , cum mater in filium moveret , non jam mater , sed hostis ; cum lacrimæ classicum canunt , tela volant verba melle illita , trabales è pectore sagittæ gemitus veniunt , ferreum pectus penetraturi ; cum insidias ubera detegunt , & uni rota acies (mater) se opponit. Perrupit tamen COLVMBANVS , & quod Christi militi Hieronymus sua sit , per calcata matrem ad victoriam sibi iter stravit , Religioniique opima spolia ex parente tulit. Domito cognato hoste , quid mirum si virtuti iupi cesserunt ; quos inter duodenos obambulantem COLVMBANVM ovem aurei sæculi putassem : sed & ursus antrum suum cessit fortiori. Unus Theodoricus Galliæ rex monitis piis ausus est resistere , sed suo & posteritatis suæ interitu. Hoc igitur etiam triumphato , dux COLVMBANVS eorum factus est , qui in parentes cælo auctore pugnant.

His

His castra ille struxit cœnobias & ne commeatu destituerentur, precando nunc crescere in horreis, nunc in manu annonam fecit. Ut verò in obsequio Tirones exerceret, ægros è lectulo surgere & flagellare frumentum jussit. Et verò labo ristructum sanitatem tulerunt. Mitto alia mira, sed non illud; ut subjecere Christo plures animas allaboraret **COLYMBANVS**, Angelum illi Tutelarem in membranâ orbem (magnum virtutis stadium) ostendisse. Quid, ah! quid nos igitur agimus, quibus non jam unum, sed geminum stadium, geminum inquam orbē, Superi explicant? *Ex Iona.*

Novem corporis nostri solvamus à litora mundano, secularis patrie renunciemus curis, in Crucis arbore tota mentis vela tendamus, virtutum funibus, sapientia remis, gubernaculis disciplina navigij nostri muniamus incessum. S. Pet. Chrys. serm. 8.

S. CÆCILIA. V. & M. 22. Novembris.

SI quæris, quod intercentibus organis **CÆCILIA** carmen dederit, illud respondeo, quod una, quæ Agnum sequuntur, virgines sciunt modulari. Itaque quo die homini in manus danda erat, nuptiale vestem cilicio astrinxit, quo nobiliorem virginitas non habet zonam. Noctu sponsum Valerianum monuit, caveret pudori suo manus inferre, cuius longè fortissimum custodem è cælo Angelum haberet. Hunc corā intueri cum ille percuperet, suasit impuros à superstitione oculos sanctiori priùs baptismati undā elueret. Eluit, & voti mox compos formosissimum multaque luce vestitum Ephebum vidit: qui ferti nobili utrumque coronavit, & precantes miro odore